



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De eisdem, ac de procuratoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

- 1 Procuratoris mandatum in primis inspiciendum est, an sufficiens legitimusue sit.
- 2 Procuratorem minus legitimum mittens, pro non comparente & contumace habetur: idem si legitimum, si tamen mandatum non acceptaret.
- 3 Mandatum procuratorium acceptari debet.
- 4 Tacens, quando habeatur pro consentiente, & quando non.
- 5 Mandatum generale, si alicui transmittatur, quod non intendat, nisi in una causa procuratoris onus acceptare, qua cautela uti debeat.
- 6 Procurator cum facultate substituendi, non potest substituere, antequam mandatum acceptasset.
- 7 Procurator, qui litem non fuit contestatus, quando admittatur, tanquam dominus litis effectus.
- 8 Procurator substitutus per litis contestationem, & actus etiam succedaneos, dominus litis effectus.
- 9 Tutor, & curator, per litis contestationem, substituendi facultatem accipiunt.
- 10 Procurator ad omnes causas datus, an in causa spirituali, etiam datus esse videatur.
- 11 Procurator ad omnes causas datus, nedum ad presentes, sed ad futuras etiam intelligitur.
- 12 Causa non remittitur, quamvis remissibilis sit, postquam in Roman. Curia de ea tractari incipit.



- 13 Procurator contra certam personam constitu-  
tus, contra aliam comparere non potest.
- 14 Procurator contra vnum constitutus, in causis  
tantum expressis, contra plures comparere potest,  
fallit tamen.
- 15 Procurator ad causam, an possit absque specia-  
li mandato, restitutionem in integrum petere?
- 16 Procurator simpliciter ad agendum, & defen-  
dendum datus, appellare potest, sed appellatio-  
nem prosequi minime.
- 17 Procuratorem iurare de calumnia, nedum in  
animam principalis, sed propriam, vsu receptum  
est in Roma Cur.
- 18 Procuratores plures, si in causa dati sunt, nec e-  
tiam in solidum, vsu receptum est in Roma. Cur.  
quod cum vno duntaxat valeat processus, in causa  
beneficiali.
- 19 Procurator dubium habens mandatum repelli-  
tur, si de rato non satis det.
- 20 Mandatum specificum, in quibus causis requi-  
ratur.
- 21 Procurator falsus dicitur, & si generale man-  
datum habeat, si in causis speciale mandatum  
requirantibus compareat.
- 22 Procurator mandatum ostendere tenetur, alias  
iudicium est nullum. fall. num. 30.
- 23 Procurator etiam verus à iudicio repellendus est,  
si de mandato non constet.
- 24 Mandatum debet esse sufficiens, vt procurator  
admittatur.
- 25 Procuratoris persona, ante omnia legitimanda  
est.

26 Procu-



- 26 Procuratoris potestas à die recepti mandati refertur, adeò, quòd ante veram notitiam, gesta per ipsum nulla sunt. f. ll. vi num. 29.
- 27 Mandati defectus, etiam reffectis expensis, non suppletur.
- 28 Mandati defectus, ad mille vsque annos, opponi potest.
- 31 Presens habetur pro consentiente in iudicialibus actis.
- 32 Tacens, regulariter in sui praiudicium consentire non videtur.
- 33 Mandatum an debeat expressim acceptari, et quid in re pontificio caueatur.
- 34 Procurator, ante litem contestatam, substitui non potest, limitatur tamen.
- 35 Procurator, postquam substituit, amplius procurator non remanet.
- 36 Procurator substitutus, substituere potest, post litem contestationem per ipsum factam, vel postquam merita causae pertractauerit, etiam per alium litem contestata fuerit.
- 37 Mandato in generali, causae beneficiales non includuntur.
- 38 Procurator generalis ad omnes causas, intelligatur ad futuras etiam constitutus.
- 39 Mandatum procuratorium non est extendendum.

1 **N**onnuquam\* etiam litigatores ab initio vel alias comparent, per procuratores suos tunc, si actoris, vel rei vices gerens procuratorium ex aduerso conpereris impetris diligenterque respicies. a Quòd si minus



sufficiens, seu minus legitimum compereris, tunc si rei vices gesseris, cuius proprium est inducias quærere, satis erit tibi, excipere contra procuratorem, & protestari, ne audiat, nisi de magis legitimo doceat mandato, & ita sibi processum impedire, nisi tua fortè interesset, absolutoriam obtinere, vel aliàs causam expediri, vel fortè auditor causæ, prout mihi rei partes defendenti pluries contingit, velit nihilominus in causa procedere, nec aliàs tibi expediat, & sprete exceptione appellare. Non denegabit tamen auditor hoc casu pro cautela eius, qui dubitat, & excipit de viribus mandati, alterius partis processum, per audientiam contradictarum, prævia dilatione simili procuratori ad docendum de magis legitimo mandato, Rota de citati. ad partes not. quod aliquis 245. in antiq. Cassa. dec. 6. vt lit. pen. num. 4. Idem dixero, si nō partes rei, sed porius actoris, sustinebis, utroque tamē casu, solent cauti procuratores duplicem facere processum, citando. s. principalem, per audientiam contradictarum, & nihilominus procuratorem quoq; de cuius mandato dubitatur per cursores, quatenus tamen procurator. Is enim, qui procuratorem misit minus legitimū, pro non comparente, & contumace habetur. l. i. §. v. nus autem, ff. de procu. vbi Paul. & alij, idē si legitimum, non tamen acceptantem, utique enim contumax reputabitur, & contra ipsum, tanquā contra contumacem, solet palatium, absq; alia monitione, seu compulsione similis procuratoris, ad acceptandum, vel recusandum onus mandati, processum per audientiam contradictarum concedere. Aegi. decisio. 681. si citatus de procu. Solent



Solent tamen nonnulli, prius similes monitiones, & compulsionones, per censuras, ad acceptandum vel recusandum præmittere, idq; ut verius agant, & plerunque etiam eorum in se ipsos suadente, vel verius cogente, sunt enim verba potius, quàm necessaria.

3

Plurifariam \* autem contingere potest, ut in procuratorio alterius partis, apud acta liquet, non tamen de acceptatione procuratoris in eo dati. Finge, quòd is, qui datus est procurator, facultatem substituendi in procuratorio habere, & ad effectum substituendi tantum acceptandum alium loco sui absentem, vel si præsentem, non acceptantem tamē substituisse, <sup>b</sup> præsens enim, & tacens, in hac specie, pro consentiente non habetur, quòd procuratoris onus sit, inducatque obligationem & actionem mandati contrariam toto titu. mandati. ff. & c. & in onerosis, ac obligatorijs, præsens, & tacens, pro consentiente non habetur, sed pro contradicente, ad nota. per Bar. in l. quo enim ff. rem ratā haberi, & in l. filiusfamil. ff. ad macedo. & per Dyn. in regula, is qui tacet consentire videtur, in addi. ibi. nota tamē quòd in onerosis, allega. tex. in materia nostra notandum in l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procuratoribus ad stipulantur nota. in additio. ad Rotam. 14. l. procurator de procura. in not. gloss. verbo assensum in Clemen. 1. de procu. Idem, si plures essent in procuratorio nominati, non in solidum, & unus tantum produxit illud, vel si in solidum, tamen, qui produxit, mortuus esset, vel abesset, vel denique, si procuratorium à tercio extrinsecus productum reperiretur. c. Solent \* enim causæ procuratores hac productione uti, ubi à quo

\*

c

4



quam transmittetur sibi generale mandatū, vel-  
let tamen procurator datus in particulari dun-  
taxat causa, procuratoris onus, & cum simili  
protestatione acceptare, quæ in palatio admitti  
solet, Rota de procurat. not. quod ubi procura-  
tor 32. in antiqu. ea ratione, quia si procuratoris  
generale, per seipsum produceret, procurator  
in eo nominatus, & si protestaretur, quod ad cer-  
tam causam acceptaret, ista protestatio esset cō-  
traria facto procedenti, eo enim ipso, quod pro-  
curatorium per seipsum produxit, constat, rece-  
ptionem instrumenti, & ipsius chartæ præcessis-  
se, quæ utpote actus positivus mandati accepta-  
tionē inducit, in omnibus, in procuratorio con-  
tendis, nisi doceretur, quod in ipsa præsentatio-  
ne instrumenti facta, similem fecisset protesta-  
tionem, ad tex. cum gl. verbo assensum. & not.  
per alios in Clem. 1. de procur. & not. in additio.  
ad d. decis. 145. in no.

In tantum verò est huius procuratorij mune-  
ris necessaria acceptatio, ut expressum de iure  
civilis, & secundum canones tacitum, per actum  
tamé positivum, desideret consensum facto, vel  
verbis, ad text. in d. §. inuitus gl. verbo assensum  
& not. per alios in d. Clem. 1. de procur.

Quamobrem suprà diximus eum, qui præsens  
esset, dum constitueretur, & dū notarius de pro-  
curatorio rogatus, suo instrumento asseruisset,  
præsentem non videri acceptantem. d. l. filius fa-  
§. inuitus. ff. de procur.

Idem dicerem in eo, qui constitutus esset, &  
antequam aliàs acceptaret, pateretur se in causā  
intrari, & secū procedi nunquā recusans, dum-  
modo ultra istā patientiam faceret aliquem ac-  
tum

Q

ctum



Etum positum, ad d. s. in uitis & glo. in d. Clem.  
1. de procur. alludit Rota Cassa. de 3. de rescrip.

d Idem \* quoq; in eo, qui constitutus esset, et  
s facultate substituendi, & antequam alias acci-  
ptasset, in vim facultatis huiusmodi simpliciter  
substituisset, nec alias dixisset, se procuratori  
onus acceptare simpliciter, vel ad eum effectum  
non induceretur enim per similem actum acci-  
ptatio mandati, minus ad effectum substituendi  
imò nulla esset substitutio. Rota decis. 145. adde  
ut neuter ipsorum, substituens scilicet, neq; sub-  
stitutus citandus esset, & adhuc contra princip-  
lem daretur processus, per audientiam, Rota  
decis. 145. in no. veluti procederetur etiam contra  
eam, cuius procurator, licet esset in curia, non  
tamen produxisset adhuc mandatū. Rota decis. 161.  
si vigore. de procu. in not. vel si postquā produ-  
xisset, & procuratoris onus acceptasset, à Ro-  
ta. Cu. recessisset, Rota fastoli causa 30. num. 2. ve-  
moreretur, utroq; enim casu, docto. de absentia  
vel obitu, iuxta casus contingentiam, solet pal-  
tium similem processum, per audientiam aliter  
concedere, & quandoq; etiam in casum mortis  
non nisi intimata principali morte procuratori  
Aegi. concl. 495. licet mores procuratoris de-  
di. quod nostro tempore non servatur, debet enim  
is, qui procuratorē misit, vigilare reb. suis, idq;  
etiam si procurator mortuus, iam dominus litis  
effectus vivens aliū substituisset modò super-  
tē, resq; tempore mortis substituētis esset adhuc  
integra, respectu substituti, utpote, quod sub-  
stitutus adhuc procuratoris onus non acceptasset,  
finitum enim esset mandatum ex substitutione,  
ex quo procurator principalis iure proprio sub-  
stitutus.



stituit, & contra principalem darecur processus  
 per audientiam, docto tantum de procuratoris  
 substituētis obitu, ommissa persona substituti,  
 secus, si principalis procurator nō iure proprio,  
 & tanquā dominus litis effectus, sed vigore fa-  
 cultatis substituendi, in suo procuratorio for-  
 san data, non extingueretur enim hoc casu man-  
 datum, ex substitutione per mortem substituen-  
 tis, si tamen dominus superuiuat, veluti eius  
 nomine datum, Rota de procur. si aliquis 414.  
 in not. & in decis. Bisignet. 9. num. 9. in vltimis  
 Aegid. conclus. 6. mortuo procuratore, secus,  
 si his casibus substitutus prēmoreretur, princi-  
 pali procuratore superstite, remaneret enim  
 tunc procuratoris, qui substituit, quouis modo  
 substituisset, etiam si in substitutione ad effe-  
 ctum substituendi tantum procuratoris onus  
 acceptasset, prout posset, Rota de procur. not.  
 quod ubi procurator 32. in anti. nec alias per au-  
 dientiam, sed secum procedendum esset, tenere-  
 turque ipse principalis procurator, etiam no-  
 tario actuario de salario suo respondere, si ta-  
 men principalis causæ non esset præsens in cu-  
 ria, quo casu solent procuratores à solutione re-  
 gesti dispensari, Rota de procur. licet procura-  
 tor decis. 303. in no. Cassa. decis. 1. de procu. nu. 3.  
 Idēque ratione, quod licet cōsuetudo Rō. Cu. ob-  
 liget eos ad istam notarij mercedē, id tamen nō  
 nisi in defectum præsentiæ principalis, & quasi  
 in subsidium, vt ipsis notarijs causarum actua-  
 rijs omni casu consultum sit, cum maximē fre-  
 quentiores in Rom. Cur. tractentur in litigato-  
 rum absentia, quā præsentiā causæ cōtra quos  
 consultum satis non esset ipsis notarijs, neque

Q 2

litigatori



litigatori causę expeditionem prosequenti, qui  
plerunq; altera parte non solvente, cogitur eius  
partē animo recuperandi sub nomine depositi  
notario soluere, prauia tamen iudiciali moti-  
tione, ad soluendum infra tres dies, & dilatione  
tridua iam elapsa. Quo casu solet is, qui depo-  
nit de suo deposito fidem ab ipso notario per  
dulā manu sua, vel substituti recipere, quę po-  
modum apud ordinarios iudices paratam habet  
exequutionem & ad solam citationem parti ad  
dicendum contra ipsam, & soluendum iuxta  
ius formam, aliās tradi mādātum exequutionis  
solent iudices exequi & manum militarem pro-  
stare, mādātum exequutionis decernentes.

- c** Admittit \* autem sacrum palatium, pro  
7 mino litis effecto etiam eum, qui litem nō fu-  
set cōtestatus, sed qui post litis contestationem  
in causa superuenerit, vel citra ipsam contesta-  
tionem in causa tamen, in qua non desideret  
aliquos fecerit actus successiuos solitos, scilicet  
post ipsam cōtestationem fieri, Rota de procura-  
tor substitutus 126. in no. immo non so-  
8 lum eū qui principalis sit procurator, sed \* sub-  
stitutus quoq; ab eo, quandoquidē substitutus  
tiā per litis contestationē, & actus succedaneos  
quos suprà diximus, dominus litis euadit. Rota  
d. decis. 122. in no. Bi signet, decis. 10. numero, in  
9 vltimis. Idem \* seruatum est in tutore & curato-  
re, qui similiter à lege, per litis contestationem  
vel actus succedaneos, vt suprà, substituendi fa-  
cultatem accipiunt, quam ab homine habere  
non possunt, etiam si iudex in deputatione ipso-  
rum dixisset cū facultate substituendi, Rota Bu-  
10 gnet d. decis. 10. dub. 9. in vltimis, f sed \* an pro-  
curator



curator ad causas indefinitè, vel etiam cum collectiua omnes datus, poterit esse procurator in causa beneficiari, & aliàs spiritali. Lapsus vult quòd non, & quòd in similibus speciale mandatum desideretur, in Clem. non potest de procu. Butrius contra in cap. decernimus de iudi. verfic. si queritur an possit. vltima pars vsu recepta est in palatio, Aegi. de procur. generale conclu. 5. § Extenderetur \* quoque simile mandatum cum collectiua omnes, nedum ad præsentes, verùm etiam ad futuras, Rota decis. 413. fuit dubitatum de procur. in no. licet collector in additio. ad decis. 19. Fuit dubitatum etiam & de procur. inno. videatur limitare hoc dictum ad casum constituentis ante lites, vt tunc extendantur ad futuras, aliàs secus, vt ibi.

Amplius si ad causas deuolutas, & de iuris necessitate in Rom. Cur. tractandas, fuerit procurator constitutus, poterit secum agi, etiam in causa non deuoluta, neque in Rom. Cu. de iuris necessitate tractanda, si modò in tali causa fuisset in Ro. Cu. processum, & de nullitate huius processus in Ro. Cu. habiti ageretur, Vsu \* enim receptum est, vt articulus nullitatis processus in Ro. Cu. habiti, tametsi in causa aliàs ad partes remissibili, nunquā remittatur, Aegi. de procur. secundo procurator conclu. 306. Idè causa principali licet non aliàs deuoluta, sed in vim specialis cōmissionis Papæ cōmissa, Rota de cōmissio & procurat. nota qd si post. 476. iu antiq.

Addo, quòd constitutus ad tractandum causas, in Ro. Cu. vtrique poterit eas tractare in eodem loco, si fortè contingeret, curiam abinde aliò transferri, dum tamen causæ de mandato

Q 3

Papæ

10

8  
11

12



Papæ in eodem remanerent loco: vbi enim  
 pa, ibi Roman. Cur. esse censeretur, quod solum  
 Pont. nostris temporibus suis cancellariæ regu-  
 lis, ad casum, vbi cōtingeret recessus, vltra du-  
 dietas limitare, quo casu nullam admittunt R.  
 Cur. diuisionem, sed eandem vtroque loco ce-  
 feri volunt, quæ regula esset tempore diui Pa-  
 li, ob longiores eius ac frequentiores cursatio-  
 nes, ad plures dietas extendenda.

- h** Illud quoque non ignorabis, quod \*procu-  
**13** ratorium datum respectu certæ personæ, non in-  
 seruit respectu alterius, etiam si de eadem re  
 agendum esset, Aegid. de procur. procurator con-  
 stitutus conclu. 313. Rota de commissio. & pro-  
**14** cur. si causa 456. in no. minus \*inter easdem per-  
 sonas inseruiet, nisi ad causas in eo expressa.  
 Rota decis. 171. si. A. constituat de procur. in m.  
 Extenderemus tamen illud ad consequentia  
 incidentia causæ expressæ, etiam si consequen-  
 tia, & incidentia huiusmodi, vbi non in lege  
 iam venirent, speciale desiderarent mandatum  
 ad nota per Butr. in cap. nonnulli. §. sunt & alii  
 versic. quarto. Eodem exemplo seruat palatium  
**15** vt \*procurator ad causam principalem datum  
 non autem specialiter ad petendum restitu-  
 tionem in integrum, prout alias ad principalem  
 petendum eam, requiritur, vt admittatur, si re-  
 stitutio in integrum non principaliter, sed inci-  
 denter à causa principali postulatur, eadem  
 quoque ratione, eodem in palatio seruatum est  
**16** vt \*procurator simpliciter ad agendum, & de-  
 fendendum constitutus, appellare possit, non  
 etiam appellationem prosequi, Rota decis. 171.  
 si dominus principalis de procurato. in no. quæ



quasi appellatio sit de consequutivis prioris instantiæ, ad quam simile mandatum duntaxat extenditur, & prosequi appellationem, sequior instantiam concernere potius videatur, nisi forte in mandato diceretur expressè, etiam ad appellandum, & prosequendum: quo casu non solum mandatum extenditur ad prosequutionem appellationis, verum etiam si is, qui datus esset procurator, à lata sententia appellasset, cogeretur emissam appellationem prosequi, aduersus nota. in cap. non iniuste de procur. idque etiam si in ipsa appellatione potestatus fuisset, nolle prosequutioni astringi. Rota decis. 107. si procurator de procurat. in no.

Generaliter \* verò usu receptum est in palatio, ut in omni causa, in qua de calumnia iurandum sit, ut procurator nedum in animam principalis, verum etiam eius propriam iurare teneatur, Rota decis. 307. quidam de iuramento cal. in no. & decis. 491. nota quod procurator de iuramento calum. in antiq.

Cæterum \* si plures procuratores, in eadem causa dati sint, non etiam in solidum, receptum est, ut cum vno duntaxat valeat processus in causa beneficii, ad. cap. si duo. §. sanè de procur. libr. 6. Rom. de procur. si in causa beneficii. 107. in no.

A N N O T A T I O N E S.

Quod si.) Procurator \* dubiū habens mandatum, ac mittamē volēs, de rato satisfacere tenetur, alias iure repellitur. l. 1. ubi Dest. C. de procu. & Capic. decis. Quod quidem

2 4

cum

i

17

18

2

19



- cum temperamento intelligas, locum non habere, ubi speciale mandatum requiritur. Host. in summa titu. de procurat. numero 12. Sed \* in quibus casibus specificum requiritur mandatum, apud Spec. videbis, titu. item de procurat. §. rati sui. Ang. institut. de his per quos age. poss. post. princip. Alexand. consil. 1. §. 9. libr. 7. & Dec. consil. 20. Aded quod voluit Ias. in l. licet, numero quarto. C. de procurat. falsum dici procuratorem, tamen si ille generale mandatum habens si causam mandatum speciale requirentem agat. Et quod supra diximus, habentem dubium mandatum, cum casibus de rato, admitti posse, limita, locum non habere in causa matrimoniali, in qua quoniam arduum est negotium, non mittitur etiā cū cautione, si de illius mandato dubitetur. Per ris. consil. 61. numero 6. libr. 3. & dixi consil. 82. numero 6. quod in volumine consil. matrimonialium impressum perto. Procuratori \* planè congruit, potestatem, quam habet, ostendere, quinimodò necessariò, ne puniatur, obstringitur. Rota decis. 12. ne procurator, in antiq. Bisignet sub ritu. de procur. & amplius, ne iudicium reddatur inualidum, Bart. alijque explicant in d. l. licet Abb. in ea. in nostra. de procur. & Alexand. consil. 74. viso. libr. 5. Quamvis in ipsorum procuratorum odium, hac facti specie, saltem pro expensis contra eos exequendis, iudicium nequaquam nullum redderetur, veluti præclare Alex. scripsit in l. si se non oblit, in princ. ff. de re iudic. cui Ias. ibi astipulatur, & habetur in l. Plautius. ff. de procur. traditque Aegid. decis. 30. post. Accurs. in l. si expressim, ff. de appell. Non immerito ergo periti iudices, contra procuratores, mandatum veniunt, eorum officio inquirunt, eosque compellunt, ut afferant Gloss. in cap. 1. versicu. absentia, de elect. in 6. Accurs. in l. ut liberis. C. de collat. Abb. in cap. nulli, de accus. & in ea exceptionem, de except. Rom. consil. 60. in fin. quibus se subscribit Gomes. in compendio utriusque signaturæ. versicul. Et quo dictum est, fol. 166. in parva impressione. Ceterum



ram Felino contrarium visum fuit, in ca. casam, num. 5. de  
indi. ipse enim, & plerique alij nequaquam admittunt, iu-  
dicem ex officio procuratorem non habentem mandatum re-  
pellere posse, nisi parte hoc petente, quinimò hanc esse com-  
munem opinionem, Felinus testatur. Sed certe prior opinio,  
uti equior, ita verior & communior mihi videtur, præser-  
tim, si auctoritates potius ponderentur, quam numerentur,  
& nec populari quadam trutina rationes examinentur, ve-  
luti à nostris sæpius factum fuisse videmus, more volu-  
crum pecudumque post alios cuntes, ut Decij verbis utar in  
consilio 481. nu. 11. & Bello consi. 59. num. item 2. Sola equi-  
dem hæc ratio, cordatum hominem, vereque Christianum  
mauere debet, ut ex officio iudex procuratorem mandatum  
non habentem repellat, ne iudicium reddatur elusorium, ne-  
ve tot labores evanescent sumptusque pereant, cum semper  
malis occurrendum sit, ut vulgaria sunt iura. Concinit huic  
opinionis, quod \* Hostien. scribit præcitato loco, nume. 11. ubi  
voluit procuratorem teneri, ad probandum mandatum, &  
sufficiens etiam, aliàs is reiiciendus erit: cui sententiæ inni-  
untur Bar. in l. 1. §. r. ff. de procur. & in l. 1. §. si nemo, ff.  
quod cuiusque vniuers. nomi. & Ias. in l. sancimus, nume. 6.  
versic. similiter, C. de iudic. aded quod idem Ias. dixit in l.  
de pupillo. §. qui procuratorio, in 4. no. ff. de noui oper. nun.  
procuratorem etiam verum à iudicio repellendum esse, si de  
mandato non constet. Voluit quoque Thom. Fast. decis. Rotæ  
cau. 25. dub. 35. versic. 3. dubitatur. Procuratorium namque  
plene probari debet, ut per Doctores in l. non solum, §. qui  
alieno, ff. de procur. & in cap. 1. extra eod. Abb. in ca. coram,  
de offic. delega. est que communis sententia, testimonio Iaso-  
nis in l. cautio, num. 11. versic. in ea, C. de procur. Idcirco, \*  
quamprimum procuratoris persona est legitimanda. d. l. li-  
cet, & ca. in nostra, de procur. & hoc etiam in omni iudicio,  
quamuis summario. Ias. in rubr. C. qui adm. num. 1. Nam \*  
à mandato, quin potius à die receptionis illius, verè in ipsum  
procu-

Com. opi.

24

Com. opi.

25

26

25

procu-



procuratorem potestas transferatur, usque adeo, quod ut  
sinceram fidem, aut notitiam gesta per ipsam inefficiat  
sunt, veluti à falso procuratore facta, quanquam à legitimo  
procuratore constitutus fuisset, ea quippe ratione, quia sine  
mandato non constabat, Gloss. est notab. in Clem. 1. in ver  
receptis, de procur. & in cap. is qui, in ver. susceptum, eod.

**Com. opi.**

& utroque scribebant adnotant. Mil. in verbo, procurator  
si non est certificatus. Cassu. deci. 3. num. 4. de appell. & est  
communis opinio, teste Alexand. in d. l. licet num. 1. Quare  
re affatim Boer. scribit decif. 274. & si stylum in oppositum  
esse referat, qui ubi viget servandus est. & de communica  
tione opinione, testatur Bal. in deci. 348. numer. 7. ubi li  
tat in beneficialibus, eum legito. Quis enim ignorat, manda  
tum \* ipsius iudicii precipuum esse fundamentum, quoniam  
rem non iniuria, ex Romane curie stylo mandati deficiat  
etiam relictis expensis non suppletur, eiusque infirmitas  
sanatur, quia defectus iste penitus iudicium nullius re  
roboris, atque momenti, etiam si reus malitiosè à principio  
opponere tacuerit, ut bellissimè præcitato loco Gomf. de  
clarat, qui dicti Rom. curie styli meminit, & Vant. quod  
qui bene cumulat, quæ scribit de null. sent. ex def. in hab. de  
mane. in prin. & nu. 58. versic. transcamus. ubi etiam, quod

27

\* exceptio defectus mandati quandocunque opponi potest  
ad mille usque annos, ex sententia Bal. in l. 2. C. si ex falsis  
scrip. cui consentiunt Alexand. consi. 101. lib. 6. & Dec. consi.  
36. & 215. & est communis opinio, teste Fran. Balbo in pre  
scrip. tract. in 3 par. prin. q. 10. col. 8. versic. 11. generali  
man. in prin. & nu. 58. versic. transcamus. ubi etiam, quod

28

\* exceptio defectus mandati quandocunque opponi potest  
ad mille usque annos, ex sententia Bal. in l. 2. C. si ex falsis  
scrip. cui consentiunt Alexand. consi. 101. lib. 6. & Dec. consi.  
36. & 215. & est communis opinio, teste Fran. Balbo in pre  
scrip. tract. in 3 par. prin. q. 10. col. 8. versic. 11. generali  
man. in prin. & nu. 58. versic. transcamus. ubi etiam, quod  
aperto Marte contra Bal. pronunciatum pugnent, inter quos  
Curt. Iun. consi. 77. & Dec. scilicet cum depugnans consi. 486. ad  
penul. & iterum consi. 638. num. 3. sicque ut etiam iure  
imponamus, cum prioris opinionis fautoribus conveniat  
tra Felin. ceterosque præsertim, quia meliori ratione fali  
tur, quæ attendenda est, etiam si maiores numero sint, qui  
trant.

**Com. opi.**

Qua de re fusius scribit Boer. decif. 228. licet non desit, qui  
aperto Marte contra Bal. pronunciatum pugnent, inter quos  
Curt. Iun. consi. 77. & Dec. scilicet cum depugnans consi. 486. ad  
penul. & iterum consi. 638. num. 3. sicque ut etiam iure  
imponamus, cum prioris opinionis fautoribus conveniat  
tra Felin. ceterosque præsertim, quia meliori ratione fali  
tur, quæ attendenda est, etiam si maiores numero sint, qui  
trant.



trarium teneant. Et hoc Imperatoris exemplo in l. si quis. C. de condict. in deb. qui minoris partis ratione circumspecta contra maiorem protulit sententiam. Hinc & verè quidem asseruit Cart. consil. 23. num. 3. & consil. 160. nume. 12. tunc communem opinionem esse amplectendam, quando particularis opinio meliori suffulti non esset ratione, qui, hanc esse inter interpretes receptam opinionem affirmat. Sed esto. Com. opi. veram esse Felini, aliorumque sententiam, ea nihilominus trifariam limitatur, ut locum sibi non vendicet, quando sententia contra procuratorem exequi non potest. Item, quando de causa spirituali, ut est electionis, res agitur. Et rursus, quando pars est absens, veluti eò loci idem Felin. declarat. Ceterum surda aure cum hodie iudices supra quàm cuiquā credibile est, pertranseant, nec lites succidere curant, quasi eorum non sit munus, sed litibus fauere, ut sibi nutriant, thesaurosque parent, consilium erit, statim in procuratorem opponere, ab eoque mandatum exigere, & procuratorem repellendum esse, omnibus nervis contendere. Nam \* si in ipsū non opponeretur, sed pauxillum pars & iudex huic rei studium, diligentiamque impenderent, gesta per ipsum procuratorem valebunt, si tamen verè mandatum habuisset, licet illud in iudicio nequaquam exhibere curasset, & hoc ex Spec. sententia, titu. de procu. §. 1. versi. sed si receptum erat. Sed de hac re ne longior sim, Alex. videas consil. 78. viso & diligenter. col. 2. li. 5. Bar. consil. 75. Queritur vtrum procurator, Archi. in c. 2. de procu. in 6. Card. in Clem. 2. q. 18. eo. tit. Rotam deci. 248. Nota quòd ubi. & deci. 586. Quidam qui nō erat in antiq. & Ripam in ca. cum M. Fer. nu. 137. de const. Verumenimverò \* & si absque mandato, ut visum est, procurator in iudicio non admittatur, fallit tamen quotiescunque instrumenta penes ipsum inuenirentur, tunc enim absque mandato cum cautione tamen de rato, reciperetur, uti Ias. voluit in l. cautio, numero 12. C. de procur. cuius affecta est Fel. in c. coram, de offi. deleg. & est communis opinio, ut testes

Com. opi.

29

30



testes sunt Ias. ubi supra, & Alciat. in de Presump. reg. 1.  
presump. 23. quæ tamen conclusio limitatur, nisi instrum-  
ta habens sit domesticus, ut egregie Ro. prodidit consi. 44.  
Com. opi. primus. in 2. dubio. Sed illud silentio non inuoluam, qui  
communibus suffragiis receptum est, posse scilicet processum  
vel sententiam latam in fauorem falsi procuratori à dom-  
no ratificari ille siue maior, siue minor sit, quicquid nomi-  
nificias iuere, sic testatur Ias. in d. l. licet, nume. 10. C. de pro-  
cur, qui tamen 13. modis communem sententiam temperat,  
eum legito diffide loquentem, nam res difficultatis habet  
plurimum. Nicol. Anton. Grauatius.

b Præsens. ) Ceterum \* in iudicialibus idem est quæpi-  
31 am expresse consentire, vel præsentem esse, & non contra-  
cere, etiam in præiudicialibus. ut Barto. prodidit in l. 1. C. de  
relat. & in l. ne arbitris, in fi. C. de arb. Bald. in l. emancipa-  
tione, C. de fide instr. & habetur in c. 2. de accus. in 6. & in  
dunt Ausser. in add. ad Thol. decis. 237. Alex. consi. 31. lib. 3.  
Feli. in cap. cum iure. de offic. delega. & in cap. propositio  
de proba. & Afflict. decisio. 308. Idcirco cautum erit  
iudicio dissentire, ne taciturnitas valeat, veluti à Ias. docu-  
mur in l. admonendi, in rep. nu. 20. ff. de iureiur. Conferunt  
ad hac, quæ Tiraquell. congerit de utroque retract. §. 1. &  
gloss. 9. num. 115. cum seq. Quamuis in iudicialibus plerique  
32 interpretum in hac opinione nequaquam conueniant, qui  
regulariter tacens non videtur in sui præiudicium consen-  
re, l. inuitus, ff. de procur. & hanc partem fulsit Inno. in l. 1.  
quamuis, de re iud. quem ibi sequuntur Ant. Butr. & Imb.  
Alex. consi. 8. lib. 4. atque Barbat. consi. 46. lib. 2. vide Co-  
sadi. decis. 3. de rescrip. Nico. Ant. Graua.

c Solent. ) Adde Formul. Vari. commiss. pagi. 6. colum. 1.  
in rubr. cui commissum est procuratorium.

d Idem quoque. ) Huius dicti illa est ratio. Nam  
33 sequam mandatum acceptum quispiam habeat, procurator  
dici non potest, quinimo iure civili expressim illud acceptum



re venetur, l. filius familias, §. inuitus, ff. de procur. licet aliter iure pontificio caueatur, cum tacite illud acceptare sufficiat, Clemen. 1. de procur. Mil. in versi. procurator non dicitur, versi. 1. Aegid. decis. 576 si impetrabit. Et ideo antequam mandatum acceptaret, alium procuratorem substituere nequaquam valet. Rota deci. 105. procurator, in not. Regulariter autem procuratori ad iudicia constituto ante litem contestatam substituere non permittitur. Hæc tamen regula non admittit limitationes, quas ab Ias. in l. quod quis, numero 1. c. de procur. perdiscere poteris, à Docto. etiam in ca. 1. co. tit. in 6. & Anan. confi. 96. colum. 2. versi. constat. Verum postquam legitime substituitur, ille amplius procurator non remaneret, Felin. in cap. in literis, colum. tertia, versi. vide Bald. de offic. de legat. quia in substitutum translata potestas est. Gloss. in ca. 1. in versi. substituendi, de procur. in 6. & Rota deci. 146. in not. Quod cum temperamento erit intelligendum, nisi substituendi mandatum habuisset atque etiam renovandi, omnisque in se assumendi, ut Rota tradit deci. 184. si procurator, in no. Sed illud silentio non inuoluam, quod substituitur per contestationem litis, ob quam ipsius dominus est effectus substituere etiam potest. Rota deci. 122. procurator substitutus, & dec. 146 substitutus in no. traditq; post alios Ias. in l. nihil. & in l. nulla. c. de procur. Quinimò si ab alio lis fuerit contestata, postquam merita causæ substitutus pertractauerit, dominus litis effectus est, sicq; substituere poterit, argumento Clem. sepe de verb. sign. ubi in causis summarijs litis contestatio non requiritur, & nihilo secus procurator per merita causæ factus dominus litis substituere permittitur, & hæc sententia, explosa Bar. opinione, crebriore calculo approbatur Iasone teste in d. l. nihil. num. 1. Nico. Anto. Graux.

Admittit. Huc spectant, quæ in proximioris annotationis calce diximus.

Sed an. Quod in generalibus mandatis causæ beneficia-

34

35

36

Com. opid

E

les



les inclinatur, attestatur Mil. in verbo Procurator  
esse laicus, & tradit Rota deci. 385. Fuit dubitatum, in  
& si eadem oppositum in antiq. decidat, vii patet deci.  
sciendum, cui adheret Lap. allega. 69. ubi rem hanc sub  
ter differit. Nicol. Anto. Graua.

2  
38

Extendetur.) Non tamen desunt, qui aperto mentis  
grediantur, contrariumq; contendat, futuras\* scilicet cau  
sas, sub verbo collectiuo, omnes, nequaquam comprehendit  
inter quos Accurs. Bar. alijque multi in l. omnem, ff. de pro  
cur. & alias Rota hanc consecretata est opinionem in deci. 385.  
Vtrum procurator cum generale, in antiq. quamuis contrari  
um in nouis eide visum fuerit, ut liquet deci. 413. per Felin.  
alleg. in no. sed tu hac de re Felin. videas in capit. relatum  
in 6. diff. de offic. delega. & Pant. multas in vtriusque par  
tem coaceruantem auctoritates, de null. sent. ex dese. in  
seu mandat. numero 98. Veruntamen eadem Rota alibi  
dere distinctionis vtramque opinionem concordant, vel  
legere decis. 19 fuit dubitatum vtrum in add. in no. ubi vi  
as, & Alexand. in add. ad Bar. in l. damni infecti. §. si  
qui ita, vers. Futuras causas, ff. de dam. infecti. cuius auctori  
tate Rota determinauit, mandatum ad omnes & singulas  
causas, comprehendere etiam futuras, ut Papaz. testatur in  
suis annotationibus ad decis. Rota. i. de procur. 6. Con  
temperamento tamen hoc erit intelligendum, nisi causae speciales  
mandatum requirerent, illa vtiq; sub generali mandatu  
non comprehenderentur, veluti egregie docent Aegid. deci.  
5. & Felinus in capit. coram. de offic. delega. & capit. scilicet  
numero 32. de rescrip. Quod vltimum quoque & limitatio  
nem admittit plane memorie commendandam, locum sibi  
haud vendicare, quando generale mandatum frustratorium  
redderetur, tunc etenim comprehenderet speciale, sine quo  
Com. opi. inutile esset, Bar. in l. indebitum ff. de cond. indeb. & in l. c.  
procur. ff. de noui oper. nunc. & est communis opinio, Corri  
attestante in l. 2. vn. 43. ff. de iurisdi. omn. iud. Nic. Anto.  
Graua.

Com. opi.



Illud quoque.) Et ratio ea est, quia \* mandatum pro-  
curatorium nequaquam extendendum est, idcirco contra a-  
lias personas in eo non expressas agere minimè permittitur.  
c. ad agendum. de procur. in 6 Clem. non potest. eod. Guid.  
Pap. deci. 21. de iure.

Generaliter.) Huc autem vergit, quòd infra ca. 2. lib. i  
sublit. F. adnotauimus.

De petitorio, ac possessorio, ac vltius  
suspensione.

C A P. V L T.

S V M M A R I V M.

- 1 Causa simpliciter commissa, censetur tam super  
petitorio, quàm possessorio.
- 2 Petitorium quādo suspendi possit, & vsq, ad quod  
tempus, & an suspensio deinde reuocari queat, &  
quid operetur suspensio? multa q, de ipsius mate-  
ria. & num. 3.
- 4 Petitorium etiam post litem contestatam suspen-  
di potest, & in solo possessorio agi.
- 5 Petitorium actor suspendere non potest, & in pos-  
sessorio retinenda agere.
- 6 Petitorio suspenso, si iudex sententiam protulerit,  
erit nulla.

Generaliter \* verò, vbi quis commissio-  
nem super beneficio, vel alia re simplici-  
ter impetraret, & causam, vt supra intro-  
duxerit, nec aliàs se ad alterum restringat, causa  
censebitur tam super possessione, quàm super  
proprietate commissa & introducta, Cassa. deci.  
9. de cau. poss. & propieta. Aegid. conclusi. 606.  
conclu-